



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 18. Posuit Deus pauperes in vectores diuitibus. Dixit hoc S. Franciscus, quod & Sancti agnouerunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

ditatus est, Christum velle, vt omnia sua perderet, & illis orbatus pauper remaneret, & omnium in dignis, hinc contristatus est valde, & totus melancholicus, terga vertit & abiit. O stultice, clamat D. Basil. ad vltima verba non attendisti, sicut ad prima. An non capis, quod ipse tibi minime dixerit, da pauperibus bona tua, vt ea perdas, sed potius vt ea conserues securius, & habeas ditissimum thesaurum in caelis asseruatum: Et habebis thesaurum in caelo. Vide modum, quam male intelligas (ait D. Basil.) id quod tibi dixit, vade opes tuas da pauperibus: sonat enim tibi, quod velit datum a te pauperibus, perditum iri. Certè hinc parum liquet vna fides tua, quam si haberes, cognolesceres clarissimè, id quod tibi Christus conuulit, non malè impendi, quod pauperi tribuis, sed illud tibi reddi securius. Certò denique scias, id tibi solummodo remansurum, quod pauperi fueris largitus, reliquum verò tibi non proderit, sed filius tuis, aut here libas, aut latronibus.

leuat eius inopiam? id quod dar, an non cedit in beneficium eius, cuius occurrit indigentia? Equidem, verumtamen eo ipso magis cedit in beneficium tuum, quod si pauperi dedisti, quo corporalis eius paupertas subleuetur, thesaurizas animæ tuæ thesauros æternos & inextimabiles & necessitati animæ tuæ spiritali remedia concilias: cum elemosyna maxime ad hoc conducatur.

§. 18. Posuit Deus pauperes in vectores ditibus. Dixit hoc S. Franciscus, quod & Sancti agouerunt.

EX hac doctrina colligunt SS. Basil. a D. 39 Chrysol. b D. August. e D. Petr. Chrysol. a Hom. 6. Rationem cur Deus pauperes, & quidem in hoc mundo posuerit Aduertit Theodoret. e b Hom. 27. fuisse quosdam infideles, qui crederent Deum non habere providentiam, nec regimen huius mundi: si enim hoc esset, quomodo posset fieri, id quod passim videmus, aliquos ita diuitis onustos, vt eas ferre non possint, alios verò adeo omnium inopes, vt quod ori apponant, non habeant. Deus iustus est, & iustitia seruat æqualitatem. Quis ergo credat tertæ rectorem, vbi tantus est iustitiæ defectus? O stulti, quam ignorantes! Potius hoc optimo conuenit mundi regimini, & Deus ipse est, qui in illo diuites creat & pauperes. Ita restatue Spiritus S. Diues & pauper obuiauerunt sibi. & vtriusque operator est Dominus.

Posuit pauperes, vt diuitibus obuiarent. Poterat equidem facere, vt omnes diuites fuisset, vel qui iam pauperes creabar, potens erat illos alere sine diuitum auxilio, sicut Israelitas in deserto obuiant manna; ministerio Angelorum, & Eliam per coruorum: habet enim manus adeo rebus omnibus plenas, vt illas aperiendo, impleat omne animal benedictione. Verum enim verò voluit, vt pauperes ad diuites recurrerent, ad vltimum sibi quotidianum conquirendum, & illis obuiarent ad eorum utilitatem: quâ ratione Deus magis in hoc prouidit diuitibus (teste D. Chrysol.) quam pauperibus: Magis propter diuites, quam propter eleemosi- ascipientes. Volebat enim diuitibus procurare vectores, vt haberent quibus suas opes, & thesauros ad caelum transmitterent. Quid cogitas (petit D. Petr. Chrysol.) esse pauperes? Vectores thesaurum. Tom 10. rorum tuorum in caelum: quos D. August. nomi- nat Laturarios, id est, portatores siue vectores. de temp. Quando Princeps migrare debet de loco in locum, quid ageret si non haberet muliones, ve Pauperes & Acres, sunt pos-

Hanc rationem (dicit D. August.) voluit D. Paul. proponere discipulo suo Timotheo, quando ei mandauit, vt cum rigore diuitibus præcipere, vt darent elemosynas, & ex bonis suis diuiderent pauperibus hilariter & libenter, nullam opponentes difficultatem, nec trahentes moram, sed largâ, celeri, leuique manu exporrigerent. Diuitibus huius seculi præcipe &c. facile tribuere communicare. O Apostole Sande, quid vis, vt illud cum rigore præcipiatur? Contentus essem, quod me rogante, & ab ipsis genibus flexis pauperibus me dicantibus, darent elemosynam. Quid vt eis hoc præcipiam? Amplius, an præcipis, vt ipsi succurrant, dent elemosynam, bona sua disperant hilariter, statim & leuiter manu? Sufficeret mihi, si facerent etiam malâ voluntate, & vi quâdam ad hoc coacti. Nequaquam, replicat D. Paul. quinimò volo, sit illud, quod iniungo. At quomodo hoc exequar? Expone illis Euangelicam veritatem, quod id, quod pauperibus largiuntur, xenodochiis, viduis, captiuis, sibi in commo- lum cogent, & illo modico, quod indigentibus distribuunt, securum sibi cumulent thesaurum firmatum & bene fundatum: proinde sicut ipsis præcipis, vt sibi prospiciant, ita & eis iniungas, vt pauperibus prospiciant, & hoc est sibi prospicere. Thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum. Perpende illud ibi: Thesaurizare sibi. Videtur Christus in memoriam reuocare id, quod Spiritus sanctus dixit. Benefacit animæ suæ vir misericors: qui dat elemosynam, sibi & animæ suæ benefacit. Sed quomodo non benefacit pauperi? non sub-

tatores
thesauro-
rum.

D. Fr. A.
In vita
S. Fran-
cisca 6. 7.

tores, aurigas, qui sacinas & vasa transuehe-
rent, & necessaria hinc illuc transportarent?
Hæc tibi sit ratio, cur tot sint pauperes in hoc
mundo. Doctrinam hanc docuit terrestris ille
Seraphim S. Franciscus, de quo refert eius filius
legitimus S. & Seraphicus Doctor Bonaventura,
quod qui religionem suam exeretat & funda-
uerat in altissima paupertate, fratribus suis hoc
soleret intimare, *Elioli mei: cur creditis quod
in hoc vltima mundi ætate nos Deus elegerit, vo-
lens nos viuere pauperes, panem nostrum ostiatim
mendicantes, elemosynam rogantes? Cogitatis
quod pro nobis? Nequaquam. Multa enim Deo
suppetebant media quibus nos aleret, & facili-
num erat ei nobis fructum panis largiri, cum
nobis proprium sanguinem & carnem concesserit;
sed in vltimo mundi profectum, & copiosum
hominum prouentum, vt nos ipsos quotidie ad
eorum portas illis offeramus, vt vectores suo-
rum honorum, & ea ex hoc mundo in caelum
deferamus, & medianibus nobis illa inter Chri-
sti manus ipsi consignent, in quibus ea reperient
postquam hinc emigrauerint. Audite modo eum
loquentem: *Ite, quoniam hæc nouissima hora
Fratres Minores commodati sunt mundo: vt electi
in ipsis impleant, vnde à iudice commendantur, il-
lud audientes suauissimum verbum: quamdiu se-
cistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi se-
cistis &c.**

Ece quomodo excipiendi sint Religiosi, qui
accedunt domos vestras, & quâ ratione pauperes
ostis vestris ingemiscetes: Videtur enim vo-
bis, quod in commodum suum veniant & vt il-
lis ex bonis vestris largiamini: procul absit: ve-
niunt autem non sibi, sed vobis à Deo mittuntur
ad vestrum emolumentum. Sic de pauperibus vi-
ri sanctitate celebres æstimabant, viua fide illos
contuentes, proinde illi ipsi pauperes querebant,
quasi in eo lucrum spectantes, vt vellent paupe-
res, eorum thesauros acceptare. Ad rem valde
congruenter considerant D. Chrysostomus a & D.
Ambrosius b auxiam Abrahamæ sollicitudinem, quâ
pauperes inquirebat. Numquam pauper quæ-
piam adeo sollicitè diuitem quæsiuit, vt ab eo
elemosynam acciperet, sicut ille pauperes, vt
illis quid largiretur, in via consistens illorum
præstolatur aduentum, quâ patebat transitus,
Aduentantium pedibus prouoluit supplicabat,
vt sibi in eo gratificarentur, si dignarentur do-
mum suam subire, ac gratum habere, id quod in
ea maxime gultui foret acceptum, maxime pi-
gue. Sciebat enim vir pius, quod maiorem sibi
gratiam præstarent pauperes recipiendo, quàm

ipsis ille, erogando. Hoc idem præstitit nepos
eius Lot ad portas ciuitatis anhelus expectabat,
& genos flexus instabat, ac rogabat, illis gratum
& genos flexus instabat, ac rogabat, illis gratum
accideret in domo sua hospitari. Erant ambo hi
patruus & nepos ditissimi ac nobilissimi, & eo
modo pauperes excipiebant. Ita vt (sicut notat
Origen. perpendens hæc D. Pauli verba: *Hospi-
talem fecerunt.*) Illimet obviam currentes
& pauperes insequerentur, hospitalitatis gratia
vtique illos in domum reciperent, magis quàm
ipsi, pauperes illos sectarentur. Magni facit D.
Paul. pius spiritum illorum primitiuorum fi-
delium Corinthiorum, quod quisque accederet,
& quasi humi prostratus illos deprecaretur, quia
tenus apud illos diuertere dignarentur, & circa
hoc orta est quædam contentio inter diuites
quis eorum pauperem secum in domum adduce-
ret, vt mensæ suæ alendus accumberet.

Hinc primi illi Macedonenses Christiani
ipso D. Paulo referente, Apostolum instanti
humiliter & mille votis obsecrantes urgebant, vt
dignaretur eorum bona recipere pauperibus in
elemosynas distribuenda, quos sanctos nomina-
bant, eo quod personam Christi repræsentent.
Do vobis eius testimonium: *Cum multa exor-
tatione, obsecrante nos gratiam & communica-
tione miserere, quod sit in sanctis. Expende ver-
bum illud, obsecrantes.* Id est: ponentes interces-
siones, Christi Domini passionem, ac Dei mila-
nticordiam. Sed omnino planè contrariam mo-
dò conspicimus euenire, rogat, supplicat, obte-
rat pauper, interponens Christi passionem, car-
nem, sanguinem &c. Habebant autem illi fidem
magis viuam, quâ cognoscebant, magis credere
in eorum emolumentum, dare elemosynam,
quàm ipsis pauperibus eas acceptare. Quid ergo
Iob misericordiam ac patientiam speculum? Quid
Paulus, quid Rex Franciæ Ludouicus, & alij de
quibus alias? Hinc rectè concludimus idcirco
D. um creasse pauperes, vt eis detis bona vestra,
non vt ea petatis: quin potius, vt eadem in cae-
lum vectores hi deferant, & intelligatis id quod
nostrer Hispanus S. Laurentius dixit Tyranno: *Facilites,
quas requiris, in caestres thesauros, vianus pauperum
deportauerunt.* Verum enim verò, cum possit tibi dubium oriri, an secutè pau-
peribus possis bona tua commendare, Deus tibi
affirmat (ait D. Petr. Chrysol.) & oppignora-
verbam suum, quod eo ipso, quo elemosynam
tuam tradis manibus pauperum, tibi concedas
hoc idem à tempore receptionis, in manus suas
recipi: *Nemo de fraude banditorum dubitavit, no-
tione, sua est ista transactio, Deo fidei iustitia
reperit.*

a Hom. 7.
in Luc. 8.
ser. 31. in
Epist. ad
Rom.
b Lib. 1.
de Abra-
hamæ 6. 5.
Gen. 18.

reparatur. Iam ex nunc dedit nobis scedulam, quā ipsemet fateretur eius receptionem, quando dixit: *Quamuis vni ex minimis meis fecisset, mihi fecisset.*

Stat. 1. de Au non audistis (interrogat D. Chrysol.) id quod David de Deo est locutus: quod *assisit à dextris pauperibus.* Ibi est à dextris pauperis: quia si tibi videret, quod sicut vides, quod ille, qui à te petit opes tuas, ut talis, non possit te fecurum facere, ut illi eas confidas, esto securus, cum illo adstat ipse Deus, qui fateretur & cautio- nem præstat à tempore receptionis, tibi que di- ueris: ut acutè notat S. Doctor. *Non credidit huic per inopiam mihi per dimittis crede: semetipsum dedit pignus.* Hic ò Christiani (clamat D. Petr. Chrysol.) fides est exerecenda, quā credas manus pauperum, manus esse Christi nostri Saluatoris, qui adstat à dextris pauperis, id, quod das pauperi recipiens. Hoc solum, quod his in manibus tra- dideris (teste D. Basil.) tibi remanebit, cetera vo- lō, si non fiat in damnum tuum, certum est quod non erunt tibi in salutem, cum te moriente, ne- hitum quidem tecum auferes eorum quæ posse- deris, non enim mentiri potest, qui ait: *Dives cum dormierit, nihil secum auferet: aperiet oculos suos, & nihil inueniet.* Apprehendet cum quasi aqua, in- opia, non de opprimet eum: tempestas. Exemplo tibi sit auarus ille diues Epulo, qui nec guttam aquæ reperit, & æternum sitiet adeo eius indigus, ut nunquam sic illam acciperet. Finem inpona- mus consilio Spiritus sancti: *Propter mandatum assume pauperem, & propter inopiam eius, ne di- mittas eum vacuum.* Esto sollicitus, ò diues, cu- tam gere pauperis: hoc enim significat: *Assume pauperem.* Primum: quia hoc tibi mandat Deus: secundo: ob eius inopiam.

Auertit Iansenius Gandens. Episc. hoc loco: bene textum inspiciendo, non esse legendum (suis) sed adhibere, *propter inopiam:* q. d. Hoc tibi per- suade, te pauperi largiri elemosynam, ut euites, & liberes te ab inopia, tibi que prospicias in tem- pus necessitatis, instante namque necessitatis ho- ra, ne te lugeas, cum virginibus factus, non habe- re, vnde lampadem tuam accendas, & ad eas re- ductum angustias, quas diues passus est epulo, qui si incedico Lazaro vel hilum viuens dedisset, hoc mortuus inuenisset, sed qui Lazaro micæ panis auarus negauit, guttam aquæ sitibundus petiit, sed passus repullam non obtinuit. Tibi ipsi pro- des, quādo elemosynam das pauperi, multo ma- gis, quam illi: *Benefacit anima sua vir misericors,* ait spiritus S. At ex Hebræo legitur: *Restituit anima sua vir misericors:* In animæ tuæ salutem Hieron. Bap. de Lanuza. Tom. 1.

tribus, quando pauperi benefacis, factus illi mi- magio sericors. Optime S. Tobias hoc intellexit, cuius quam consilium, tanquam senioris & sanctioris viri, est pauperi attendendum. *Quomodo potueris, isa esto miseri.* Preu. 11. *cori si multum tibi fuerit, abundanter tribue, si exi- 7. guum tibi fuerit, libenter impertiri iudez pramium Tob. 4. & enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis.* Vos quibus multum est, multum date. Credis forsan, ò diues auare, cui purgantur opibus arcæ, Deo te satisfacitum frusto panis coaroso, & semicor- rupto, an veste detrita? si parum tibi sit, libenter da, desiderans, posse plura præstare, ut vidua E- uangelica: non tibi dies præteruolet, quo non aliquid largiaris, thesaurizas enim tibi in diem necessitatis. Hoc bene declarauit S. Iohannes cog- nomine Eleemosynarius, a illo pane, quem alter in pauperem fremens proiecit, cum in faciem eius deliquit, nihilominus, hoc ei profuit, ut non damnaretur. Cum vero hanc materiam alias latè pertractauerimus, his supersedemus.

§. 19. De Cineribus insurgunt in nobis anxia sollicitudines, quæ à somno excitent, ut mis- ca Egyptios.

VT nobis auxilium præstet S. Ecclesia, illud agendi, quod Deus à nobis exposcit, vitur hac solemnè ceremoniâ, quam modo vidi- mus, capitibus nostris cineres imponens, ut no- bis etiam inuitis ibi maneant, & vsque ad inti- mum cordis peruadant, cogant que nos de eis cogitare, eos que tangere. Ex diuina sapientia pro- cessit, quod Moyses egit cum Pharaone & Egy- ptiis. Erat cor Regis huius obduratum adeo, ut Deum non curaret, præceptis eius non obediret, eius verbis anrem surdam præberet, & commis- siones, quas ex parte Dei percipiebat, eluderet. Accipit Moyses (iubente Deo) virgam illam pro- digiosam, quâ suas omnes dirigebat actiones, eâ- que terra puluerem percudit; & ecce, ut terram tetigit virgâ, emergunt infiniti mulcârû ac sci. *Exod. 8. niphû exercitus: Omnis puluis terre versus est in 17. sciniphes.* D. Aug. a secutus Philonem b & Orig. ca Lib. 3 de opinatur sciniphes speciem quandam crudelium *Trin. 6. 7. mulcârû quæ suo strepitu, & aculeo acutissimo & ser. 37. illos requiescere non sinebant, vel ad momen. de temp. tum, itaque conigit, ut è cineribus excitatæ mu- b Lib. de scæ, tam acriter eos pungerent, ac tot aduolarent, vita Moy. ut nec Regi, nec cuiquam ex eius domesticis, auti- aulicis, quimodò nec totius Egypti vlli homi- c Hom. 4. num concederent vel ad horam dormite auti vllor. Exod. loco quietum consistere, aut oculos in strato ta. 1. centi occludere. O terribilis virgæ ictus in terra Phara- c puluere, per m*

Habes ad in eius visa apud Sur 23. lanuar. & tract. 2. n. 531. Tract. 2. p. 2. per tot.

41

1.